Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Iohanne et Paulo

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

phybuit. me oportet mi-nui. illum autem cres-
cere. hoc significatum est secundum quod dicit
aug. in corporibus. quia circa nat. ioh.
incipiunt dies decrescere. circa nativi-
tatem christi crescere iuxta illud. Solsticium
decimo xpm parit atque ioh. ¶ Tertio in
mortibus quia corpus xpi in cruce exalta-
tum. corpus iohis capite minoratum.
¶ Refert paulus in hystoria lon-
gobardorum quod rotharith rex longo-
bardorum iuxta ecclesiam sci ioh bapte cum
multo ornatu sepultus fuit. Quidam
vero cupiditate illectus nocte sepul-
chrum aperuit ₇ abstulit universa. Cui
ioh apparens dixit. Cur ausus fu-
isti tangere commissum. ecclesiam meam de cetero
ingredi non valebis. quod utique sic evenit.
Nam quotienscumque predictam ecclesiam intra-
re volebat quasi a validissimo pugile
guttur eius feriebatur ₇ sic subito retro
ruebat. De sco iohe ₇ paulo. Venomie

Iohs ₇ paulus primicerii prepositi constan-
tie filie constantini augusti fuerunt. Eo
tempore cum gens scithica daciam ₇ tra-
ciam occupasset ₇ gallicanus dux
romani exercitus contra predictam gen-
tem mitti deberet. constantiam filiam constan-
tini pro mercede laboris sui in uxorem
dari petebat. quod et romani princi-
pes hoc constantinus fieri postulabant. pater
autem plurimum tristabatur sciens filiam
suam postquam ab agnete sanata
fuit in virginitatis proposito positam.
Et malens occidi posse quam ad consen-
sum inclinari. virgo tamen de deo confidens
patri consuluit ut eam sibi spondeat cum
victor redierit. Ut tamen duas fi-
lias suas quas ex uxore defuncta sus-
ceperat idem gallicanus secum manere
permitteret. ut per eas mores ₇ votum

patris scire possit. ₇ ipsi duos prepositos
suos ioh ₇ paulum sibi concederet in spem
quasi firmitatis maioris. rogans deum
ut ipsum ₇ filias ad deum converteret.
Quod ubi omnibus placuit gallicanus
assumptis ¶ iohe ₇ paulo ₇ copio-
so exercitu proficiscitur. sed tamen a scithica
gente eius exercitus frangitur ₇ in
urbe tracie ab hostibus obsidetur.
Tunc accedentes iohs ₇ paulus
dixerunt. fac votum deo celi ₇ victor
eris sicut fuisti. Quod cum fecisset statim iu-
venis ferens in humeris crucem sibi ap-
paruit eique dixit: Sume gladium tuum
₇ sequere me. Quod ille accipiens
per media castra ivit ad regem usque de-
veniens. nullum que occidens solo timo-
re universum exercitum subiugavit ₇
romanis tributarios fecit. Duo quoque
milites eidem apparentes armati
eum hinc inde confirmabant. ¶ Factus
igitur xpianus romam redit ₇ cum
multo honore susceptus fuit. roga-
vit augustum ut sibi indulgeret si fili-
am minime desponsaret. eo quod
decrevisset continenter vivere proposuerat.
Quod cum augusto plurimum placuisset ₇
due filie gallicani a constancia ad
xpm converse fuissent. ipse gallicanus
ducatum cessit ₇ omnia pauperibus
tribuens xpo cum aliis servis dei
in paupertate servivit. Multa mira-
cula faciebat ita ut solo visu demo-
nes de obsessis fugaret corporibus.
huius sancte opinionis fama in
toto orbe terrarum intantum excrevit ut
ab oriente ₇ occidente venientes
viderent virum ex patricio consule
lavantem pedes pauperum. ponentem
mensam. aquam manibus effundentem

languentibus sollicite ministrantes
et sancte servitutis officia exhiben-
tes. Constantino igitur defuncto, Con-
stantius Constantini magni filius ar-
riana heresi depravatus imperium tenu-
it. Verum autem Constantius frater Constantini duos
filios scilicet Gallum et Julianum reliquit. Con-
stantius imperator dictum Gallum cesarem fecit
et contra Judeam debellandam misit, quem
tamen postmodum interfecit. Julianus vero
timens ne exemplo fratris a Constantio
perimeretur monasterium ingressus est et
magnam religionem simulans lector
ordinatus est. Qui per maleficium de-
monem consuluit, responsum accepit
quod ad imperium sublimandus esset. Post
aliquod tempus urgentibus negociis Con-
stantius Julianum cesarem creat
et ipsum in Galliam destinavit. Qui
omnia strenue agebat. Mortuo
autem Constantio et Juliano apo-
stata in imperium a Constantio subli-
mato, jussit Julianus ut Gal-
licanus aut diis immolaret aut
abscederet. Tanto enim viro necem
non audebat inferre. Ille igitur Alex-
andriam pergit et ab infidelibus
per cor transfixus martirii coronam
percepit. At Julianus captus cu-
piditate sacrilega avariciam suam
evangelii testimonio colorabat. Sanctorum
facultates a christianis auferens di-
cebat: Christus vester dicebat in evangelio: Qui
non renunciaverit omnibus que possidet
non potest meus esse discipulus. Audiens igitur
quod Johannes et Paulus ex opibus quas virgo
Constantia reliquerat christianos pau-
peres sustentabant, mandavit eisdem
quod sicut Constantino ita et sibi adhe-
rere deberent. At illi dixerunt: Dum gloriosi
imperatores Constantinus et filius eius
Constantius se esse servos Christi gloria-
rentur, nos famulabamur eisdem. Tu vero
qui religionem plenam virtutibus
reliquisti, a te omnino recessimus
et tibi obedire contempnimus. Quibus
Julianus mandavit: Ego in ecclesia
clericatum obtinui et si voluissem
ad primum gradum ecclesie pervenissem. Sed
considerans vanum esse inercie vacare et
ocium, milicie animum dedi diisque sacri-
ficans eorum suffragiis imperium obtinui.
Unde vos aula regia nutriti meo non
debetis lateri deesse ut primos vos in
palatio meo habeam. Quod si a vobis
contemptus sic agam necesse est ut con-
tempni non possim. Qui responderunt
dicentes: Deum tibi preponentes minas
tuas nequaquam timemus ne dei eterni in-
imicicias incurramus. Ad hec Julianus:
Si infra x. dies ultro ad me venire
contempseritis, coacti postmodum facie-
tis quod sponte facere non vultis. Cui sancti:
[illegible] x. dies preterisse etiam et ho-
die facito quod tunc facturum minaris.
Quibus Julianus: Putatis quod martires
vos faciant christiani? Si vobis non consensen-
tis puniam vos non ut martires sed ut publicos
hostes. Tunc Johannes et Paulus per totos
x. dies elemosinis insistebant et
omnia sua pauperibus erogabant. De-
cima autem die missus est ad eos Teren-
cianus, qui dixit eis: Dominus noster Julianus
statunculum aureum Jovis ad vos mi-
sit ut ei thura accendatis. Alio-
quin ambo simul peribitis. Cui sancti
dixerunt: Si tuus dominus Julianus est,
habeto pacem cum illo. Nobis alius dominus non est
nisi dominus Jesus Christus. Tunc jussit eos occul-
te decollari et in fovea intra domum

sepeliri. famam faciens quod in exilium
irent iussi. post hec filius senciani a
demone arripitur. et intra domum clama
re cepit. quod amarcitudinibus urgebatur. Quod
uidens. Sencianus. filius confitetur. et xpianus
efficitur. passio sanctorum abbo scribit. et eius
filius liberatur. passi sunt autem circa annos d.
cc. lxxx. ¶ Refert Gregorius in omelia
euangelii. si quis uult uenire et cetera. quod
quedam matrona dum ecclesiam horum
martirum frequenter uisitaret. et die
quadam inde rediret. duos stantes sub
peregrino habitu monachos inuenit.
quos peregrinos credens. elemosinam
eis dari precepit. sed priusquam dispensator
ad largiendum eis elemosinam appro
pinquasset. assistunt ei uicini dixerunt.
Tu nos modo uisitas. et nos te die
requiremus. et quicquid possumus tibi
prestabimus. Quo dicto. ab oculis eius abla
ti sunt. ¶ Ambrosius de hiis martiribus in prefatione
sic dicit. Beati martires io. et pau. uere
impleuerunt quod dauitica uoce canitur.
Ecce quam bonum et cetera. ¶ Gallicani legem
consortes. fidei societate coniuncti. passi
onis equalitate consimiles. in uno semper
domino gloriosi. De sancto Leone papa. [illegible]

Leo papa ut in miraculis beate
marie uirginis legitur. in ecclesia
sancte marie resurrectionis dominice missam
celebrabat. et dum fideles per ordinem com
municarent. et quedam matrona manum
eius osculata fuisset. et hec magna uehe
mens carnis temptatio insurrexit.
Sed uir dei in semetipsum seuissimus ul
tor insurgit. et eadem die manum scan
dalizantem occulte penitus ampu
tauit. et a se proiecit. Interea murmur
oriebatur in populis. cur summus pon
tifex diuina more solito non celebra
ret. Tunc leo ad beatam uirginem se
conuertit. et eius prouidentie totaliter
se commisit. Tunc illa continuo sibi
assistit. et manum suam suis sanctissimis
manibus restituit. et reformauit. iu
bens ut procederet. et filio suo sacrificium
immolaret. Leo igitur omni populo quid
sibi contigit predicauit. et manum resti
tutam omnibus euidenter ostendit.
Hic calcedonense concilium celebrauit.
solas uirgines ibidem uelari institu
it. Ibi etiam statutum fuit ut uirgo maria
mater dei appellaretur. ¶ Leo quoque
tempore attila ytaliam deuastabat. sed
igitur leo in apostolorum ecclesia tribus diebus
et noctibus orationi uacans post hoc
dixit ad suos. Qui uult me sequi.
sequatur. Cum igitur ad attilam appropinquas
set. ille ut beatum leonem uidit. de equo
descendit. eiusque pedibus prouolutus ro
gauit ut peteret quicquid uellet.
Qui petiit ut ab ytalia discederet. et
captiuos relaxaret. Et dum a suis ar
gueretur quod triumphator orbis a sacer
dote uictus esset. Respondit prouidi mihi
et uobis. uidi enim a dextris eius fortissi
mum militem euaginato gladio stan
tem. mihique dicentem. nisi parueris. cum tuis
omnibus interibis. ¶ Cumque beatus leo epi
stolam ad fabianum episcopum constantinopolitanum
aduersus eutichen et nestorium scripsisset.
super sepulchrum beati petri apostoli eam po
suit. et ieiuniis et orationibus insistens.
dixit. Quicquid in hac epistola ut homo
errauit. tu cui cura commissa est.
corrige et emenda. Et post dies xl.
oranti ei petrus apparuit dicens.
Legi et emendaui. Accipiens quoque leo epistolam
inuenit eam manibus apostoli correctam.
et emendatam. Alius etiam xl. diebus ieiu

De sancto Leone papa.